



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 54. Principes, atque Illustres hoc anno defuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

Sæc. XVIII. tatus decubuit, tandem vero sibi re-  
A. C. 1721. ditus, atque Ecclesiæ Sacramentis in-  
munitus, die decima tertia ejusdem  
Mensis Apostolici laboris mercedem in  
cælis receptarus, obiit, sepultus in E-  
clesia sua Metropolitana. Successerat  
eidem in Archiepiscopatu Armandus  
Julius de Rohan Guiméné.

## §. LIV.

*Principes, atque Illustres hoc anno  
defuncti.*

*Hist. Univ.  
Period. II.  
c. 4. p. 723.*

Inter Principes hoc anno denatos re-  
cenſentur sequentes, Ludovica De-  
niæ Regina nata Ducissa Megalopolis-  
tano-Guſtraviensis, quæ anno ætatu  
fuæ quinquagesimo quarto naturæ de-  
bitum solvit. Die vigesima quarta e-  
jusdem Mensis Michael S. R. J. Prin-  
ceps Esterhasius de Galantha &c. an-  
nos natus quadraginta novem, quem  
morte subsequebatur Josephus Ester-  
hasius pro pace Hungariæ Regno redi-  
denda semper occupatissimus. Die  
decima quarta Martii Dux Buckingha-  
mius Anglus, qui hoc epitaphium suo  
tumulo inscribi jussit: *Pro Rege sapientia  
pro Republica semper, Dubius, non improbus vixi. Incertus nec perturbatus moriorum  
Christum adveneror, in Deo confido atterno, ac omnipotente. Ens Entium misericordia*

rere mei ! Hæc inscriptio seu fidei con- Sæc XVIII.  
fessio Christiano Viro indigna tantopere A.C. 1721.  
Anglis displicuit, ut eam ad perpetuam  
Anglici nominis offensionem omnium  
oculis exponere cunctarentur, veriti,  
ne inde confirmarentur non pauci in ea  
opinione, qua Angliæ Proceres de re-  
ligione parum solliciti eam potius ad  
privati commodi rationes, quam Chri-  
stianæ fidei regulas dimetiri creduntur:  
Die decima Maij anno ætatis septua-  
gesimo quarto mortalis vitæ cursum  
consummavit Christianus Guilielmus  
S.R.J. Princeps de Schwarzburg, cui  
successit ejus Filius Güntherus; die  
decima septima Junii Philippus Hasso-  
Cassellanus Landgravius, qui a poplexia  
tactus in thermis Aquisgranenibus de-  
cessit. In Polonia Mense Augusto Sta-  
nislau Szembeck Regni Primas, cui  
Episcopus Warmiensis nomine Poto-  
ckius successit: eodem tempore suo  
Primi Episcopus Culmensis ad æterni-  
tatis iter socium sese adjunxit. Die bona  
Septembris Elisabetha Dorothea Hasso-  
Hamburgenis Landgravia annos nata  
quadraginta quinque in puerperio de-  
cessit: die duodecima ejusdem Mensis  
Parisiis obiit Margaretha Ludovica Du-  
cis Aurelianensis Filia, Magni Etruriæ  
Ducis Cosmi III. Medicæi uxor, Godo-  
fredus Mauritus de la Tour Dux Bul-  
lionius,

Sæc. XVIII. lionius, die vigesima prima Septem.  
A. C. 1721. bris Thomas Bonaventura Gherardus  
Archiepiscopus Florentinus anno ætatis  
sexagesimo octavo; die quinta Octobris  
Episcopus Laudunensis, & die nona eius  
dem Mensis Daubignus Archiepiscopus  
Rothomagensis, & Gambanus Episcopus  
Telefenus, die vigesima septima Octobris  
mortalitatem exuit Georgius Augustus  
Princeps Nassovio - Idsteinus anno  
tatis quinquagesimo septimo, Vienna  
Antonius Florianus Princeps de Liechtenstein,  
Romæ Princeps Æmilius Al  
tierius, ex fratre Clementis X. Papa  
Nepos: Marchionissa de Ruffano anno  
nata septuaginta octo, Maximilianus de  
Hornich Princeps & Abbas Corbe  
in Saxonia, cui die decima octava Je  
nuarii successit Carolus de Plittersdorf  
Coloniæ Mense Decembri obiit septu  
genaria Amalia Sophia Comitissa Pale  
tino - Sulzbacensis, Monialis Carmeli  
tana Discalceata. Denique Constanti  
nopolis Amurathes Imperatoris Turci  
Filius natu minimus vivis ereptus est  
& Petroburgi Princeps Senior Gager  
nus Siberiæ Gubernator, qui ex patibulo  
holosericis nigris vestito in publico foro  
suspensus periit; Gubernator autem  
Generalis Ægypti nomine Konzionis  
Aly Bassa, iussu Imperatoris Ottoma  
nici capite plexus est, cuius tame  
necem

necem Ægyptii vicissim ulturi, Guber- Sæc.XVIII.  
natorem novum ad se Constantinopoli A.C. 1721.  
missum in vincula congecerant: tan-  
dem vero sedato tumultu Mehemet  
Bassa Candiæ Gubernator, huic Pro-  
vinciæ subrogatus est.

## §. LV.

*Scriptorum Ecclesiasticorum mors, &  
opera.*

Scriptorum, qui se libris in lucem e- *Holberg.*  
ditis, iisque præclaris posteritati *Hist. Eccl.*  
commendarunt, hocque anno decesse. t. 4. p. 319.  
runt, memoria certe non est oblite- <sup>327</sup> *Le Cerf Bibl.*  
randa, nec delenda: Hos inter primo *des Auth.*  
loco recenseri meretur Petrus Coustant *pag. 62.*  
Benedictinus ex Congregatione S. Mauri *Dupin Bibl.*  
Decanus Abbatiae S. Germani de Pratis,  
qui impellente Mabillonio novam ope-  
rum S. Hilarii Pictaviensis Episcopi edi-  
tionem adornavit, atque eruditissima,  
& prolixa præfatione auxit: Insuper in  
editione operum S. Augustini doctissi-  
mam crisin de Ejusdem sermonibus,  
aliisque supposititiis tractatibus adjecit.  
Postquam vero P. Germonius Jesuita  
librum P. Mabillonii de *re diplomatica*  
necnon Regulas, ex quibus supposititia  
a veris monumentis discerni possent,  
impugnasset, Coustantius in Mabillonii  
defensionem edidit vindicias manuscri-  
*Hist. Eccl. Tom. LXXI.* R pto-